





478
1769, 11.
No. 89.

SPECIMEN

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

DE

IVRE THESAURI

IN FVND0 VENDITO

NON TRADITO

QVOD

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISEVRG.

SOCIO

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XI. MARTII ANNO CIDIÖCCLXVIII.

PVBLICE DEFENDET

IOANNES CHRISTIANVS WILHELMVS
BLUMENTHAL

GORLIT. LVSAT.

LIPSIAE

LITERIS RVMPFIIIS.

ERRATA
OF
THE
FIRST
PART
OF
THE
HISTORY
OF
THE
CITY
OF
HAMBURG
BY
J. G. SCHMIDT
1791





DE
IVRE THESAURI
IN FVNDO VENDITO.
NON TRADITO.



§. I.

uem latiore significatum thesaurus ha-
bet, alii dixere, nobis est tantum *vetus pe-*
cuniae depositio, cujus non extat memoria, ut
iam dominum non habeat. Ita in *L. 31. §. 1. ff. de*
A. R. D. Videtur sane si hunc thesau-
ro significatum tribuamus, ipsemet plane inter *addictoria*

A 2

refe-



referendus, quod forsā rebus derelictis esset annumerandus, sane apud CASSIODORVM *Var. L. VI.* dicitur *deposita pecunia, quae longa vetustate competentes Dominos amisit.* Sed profecto, si via iuris recta ingredimur, non omnino verum est, *thesaurum* semper ad res vel derelictas, vel nullius esse referendum. Quod si enim verum est, rem nullius cedere occupanti, quisquis ille sit, sequeretur, nihil prohibere quominus thesaurus semper ad inuentorem veniat, sit praeterea quisquis sit inuentor, dominus fundi nec ne, perinde foret. At haec ita non esse, iura ipsa scripta docent. Non tamen negari nequit, certo modo rem nullius dici thesaurum posse, in tantum, cum ante inuentionem nemo sit, qui illius dominus dici possit. Neque praeterea alio sensu thesaurus res nullius esse solet, quam illae res, quae rei principali accedunt. Improbabile enim non est, thesaurum accessionis iure acquiri, cum enim prius de acquisitione fructuum egisset Imperator Iustinianus, subjungit tractationem iuris de thesauris.

§. II.

nam vero litem non curamus: an thesauri inuentio pertineat ad fructus extraordinarios, an vero ad accessiones.

nes. Omnis lis mihi de verbis tantum concepta videtur. Quam enim accessionem dicimus acquisitionem, alii fructuum extraordinariorum perceptionem dicunt, sensu generali, quo omnia ex re percepta emolumenta forsitan generali sensu fructus quoque dicuntur. Non tamen nego, rectius hanc rejici fructuum extraordinariorum partitionem; At si vt artis vocem tantum exprimas, liceat. Videamus potius quid circa thesaurorum acquisitionem iura habeant, quo nostram speciem dein decidere queamus, in tantum enim haec praemittimus.

§. III.

Ex Hadriani A. Constitutione thesaurus inuentus in fundo proprio, imo in loco sacro et religioso casu inuentus inuentori cedit. Diui vero fratres inuenti thesauri in loco sacro religiosoque dimidiam partem fisco tribuebant, vt conjiciunt ex *L. 3. §. pen. Jur. fisci.* Sed Iustinianus Hadrianeum Ius in vsum reuocauit, abrogata lege Diuorum fratrum. At si quis in alieno loco non data opera, sed fortuito casu thesaurum inueniret, dimidium domino soli, dimidium inuentori lex tribuit. Quod ius ad thesaurum



rum in loco Caesaris, vel in fiscali, vel publico, vel ciuitatis inuentum, extendebant Diui fratres, vt videlicet dimidium inuentoris, dimidium vel Caesaris, vel fisci, vel ciuitatis esset. Equidem *Valentinianus Gratianus atque Theodosius*. A. A. A. hanc dimidiam domino soli concessam ad quartam redegerant, vt est in *L. 2. C. Theod. de thesaur.* Sed postea Leo Imp. in *L. vnic. C. de thesaur.* nouum illud ius abrogauit atque prius illud ius confirmauit; Quae ipsa quoque *Leonis* lex in eum, qui in alieno loco data opera thesauros quaerit atque consequitur, statuit, vt nihil ex sua inuentione lucri consequatur, sed totum thesaurum soli Domino tribuit. Haec ita in regula. Iam transeamus ad venditiones.

§. IV.

Satis docet Digestorum titulus: *De periculo atque commodo rei venditae*, ab eo tempore, quo emtio venditio perfecta, omne statim periculum omneque commodum transire in emtorem. Simulac enim emtor in rem atque in pretium cum venditore consentit, statim obligatur ad pretium soluendum, quippe iam ex LL. X. viralibus, emtor traditione

tione interueniente haud prius dominus efficitur rei venditae arque traditae, donec *venditori satisfactum escit*, i. e. venditori pretium solutum fit. Cum itaque praecipua atque prima sit *emptoris* obligatio, vt in quod consentit pretium, soluat, eo soluto vero venditoris sese exerat obligatio, vt rem tradat seu vacuam possessionem emptori praestet, sequitur, primum etiam emptorem, ni soluat, in mora versari. Iam vero illi, qui in mora est, mora quoque nocet, hinc mirum non est omne periculum rei venditae etiam non traditae pertinere ad emptorem, atque ab eo periculo liberari venditorem, qui, licet nondum traderit, rei adhuc venditae existit dominus. Haec nota satis! Iam vero compararunt Romani Icti periculum et commodum inter se; hinc nemini mirum videri potest, perfecta emtione atque venditione ob periculum, quod ad emptorem pertinet, eidem quoque commoda non denegari posse ex re vendita ante traditionem percepta. Ad haec vero commoda vulgo referunt fructus reique qualitatem, an et accessiones reliquae iis commodis possint adscribi, est, quod quaerimus.



§. V.

Neque dubitandum est accessiones quoque ad ea com-
moda pertinere, quae ad emtorem perfecta emtione per-
tinent. Autor est idoneus ipse PAVLVVS in L. 7. ff. de
peric. et commod. rei vend. Ait: *Id quod post emtionem fundo
accessit per alluionem, vel perit: id ad emtoris commodum
incommodumque pertinet.* Venditor itaque pretio vendi-
tionis accepto, tenetur tradere rem simulque rei accessio-
nes, quae post perfectam emtionem obtigere,

§. VI.

Ex his antepositis facillima erit quaestionis decisio:
*ad quem thesaurus in fundo vendito post perfectam venditionem
inuentus pertineat?* Quo rectius causam diiudicemus, distin-
guendum est, an fundus traditus sit venditori, an adhuc
fundum ipse emtor possideat. Si fundus emtori tradi-
tus sit, parum interest, an pretium venditori soluerit,
nec ne, videndum, an thesaurus innenjatur ab emtore,
an a venditore. Si thesaurum inuenerit emtor, cum
omne

omne periculum et commodum ad eum pertineat, acquiri eundem emtori, dubitandum non est. At quid! Si tradito fundo venditor inuenerit. Dubitandi quidem ratio est, quod si forsitan pretium non soluerit emtor, nec fidem de pretio habuerit venditor emtori, dominium adhuc sit penes venditorem, an non tanquam dominus thesaurum in re propria inuenisse videatur, ut sic eundem acquirat; sed si dicendum, quod res est, si casu inuenit praeter dimidiam eundem nihil acquirere posse arbitror, cum commodum accessionis pertineat ad emtorem ex regula supra confirmata. Si vero data repererit opera, omnem thesaurum ad emtorem pertinere censeo.

§. VII.

Sed quid? si fundo vendito haud tradito reperiat thesaurus, vel reperitur ab emtore, vel a venditore. Si ab emtore inueniatur, licet dominus non sit fundi, cum non sit traditus, cum ad eum et periculum et commodum pertineat, ex generali illa regula verior videtur sententia, emtorem integrum acquirere thesaurum, neque enim potest hic tanquam nudus inuentor considerari,

JIV

B

cum



cum eidem ius perfectum competat, cuncta commoda perfecta emtione ex ipsa re emta percipiendi. At vero si venditor in fundo vendito nondum vero tradito inueniat thesaurum, ex supra datis iuribus censendum est, aliud obtinere, si casu inueniat, aliud si data opera. Posteriori casu dubitandum non est, thesaurum integrum iure accessionis pertinere ad emtorem, cum venditori non amplius ius competat, commoda sibi ex re vendita quaerendi. Si vero casu fortuito inueniat, non omnino tanquam accessio considerandus thesaurus, sed magis est, vt et hoc casu inuentori inuentionis premium scil. dimidiam thesauri tribuamus. Cum enim lex generaliter sanciat, vt si in aliena re casu inuentus thesaurus ex dimidia parte cedat inuentori, fundus vero venditus, licet nondum traditus pro re aliena habendus sit, cum ex eo emtori ius commodorum percipiendorum competat, pariter vt ferre debet periculum omne, nulla subest causa, cur venditori tanquam inuentori lege non distinguente inuentionis premium negare velimus.

§. VIII.

Contra vero, si ita conuenerint venditor et emtor, ut periculum et commodum usque ad traditionem maneat apud venditorem, facile patet, si tunc venditor thesaurum inueniat, cum adhuc omnimodo sit dominus, eundem etiam pleno iure siue inuenerit casu, siue data opera, ad inuentorem pertinere. At si emtor inuenerit, cum ex pacto contractui adiecto nec periculum ferat, nec commodum sentiat, saltem nudus inuentor habebitur, ideoque si casu inuenerit, dimidiam partem thesauri premium inuentionis habeat, si data opera, cum eidem adhuc jus in fundo nondum competat, ex thesauro inuento plane nihil capiet, sed omnis thesaurus cedit venditori, qui adhuc dominus est, quippe commoda ex re percipiendi ius habet; inuenit enim emtor data opera tunc in re aliena.



de VII

Contra vero si sit contractus venditor et emptor ut
 periculum et commoda resque ad traditionem maneat
 apud venditorem, sicque patet, si tunc venditor tradit
 rem inveniatis contra ad rem omnimodo ad dominum em-
 ptoris etiam si deo iure sine fauore, cum sine opera
 ad traditionem pertinet. At si emptor inveniatis cum ex
 parte contractus periculum non periculum tunc nec com-
 moda maneat, sed si venditor inveniatis, tunc
 periculum inveniatis omnimodo ad rem inveniatis
 traditione maneat si daturus tunc contra sine fauore
 ad traditionem contractus ex tunc inveniatis sine fauore
 periculum inveniatis tunc sine fauore, tunc sine fauore
 maneat est, quod de contractibus ex tunc periculum sine fauore
 inveniatis cum emptor sine fauore sine fauore.



ULB Halle

3

003 594 440



SB





1769, 11.
No. 89.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
DE
VRE THESAURI
IN FVNDQ VENDITO
NON TRADITO

QVOD
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. DVISVVRG.
SOCIO

N AVDITORIO PETRINO
DIE XI. MARTII ANNO CIOIOCCLVIII.
PVBLICE DEFENDET
ANNES CHRISTIANVS WILHELMVS
BLVMENTHAL

GORLIT. LVSAT.

LIPSIAE
LITERIS RVMPFIIIS.

